



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

LXII. Conceditur Collegiis Societ Jesu facultas eligendi in Patronum B.  
Aloysium Gonzaga.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

LXII.

Conceditur Gymnasis, seu Collegii Societatis Iesu facultas eligendi sibi in specialem Patronum B. Aloysium Gonzaga.

Inn. XI. Conf. ed. 1682. Sept. 7. P. 6. confirmata fuit Elecio S. Ignatii in Patronum Regionis Cantabriae. Et hujus Pont. Conf. ed. 1724. Jun. 3. P. 1. publicata fuit Canonizatio S. Francisci Borghia.

Dat. 21. Junii  
1725. Ann. 2.

Exordium a debito promovendi cultum Sanctorum.

Causa praesentis Constitutionis.

Concessio praefixa cum quibusd. aliis Indulcis.

Clauſus.

Mandatur fidem adhi-

## BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

A Postolica Servitatis Officium, quod inscrutabilis Divina Sapientia, atque bonitatis altitudo humiliati, atque infirmati Nostrae credere digna est, ad spiritualium fidelium adificationem, salubriter exequi aspirante superni favoris auxilio jugiter fatigantes, beatorum Christi Servorum, qui despctis Sacculi vanitatis iugum Domini in Sancta humilitate assumperunt, & virtutum omnium corona rediit, decurso feliciter mortalis vita stadio, inmarcescibilem gloriam Coronam in Cœlis accipere meruerunt, cultum, & venerationem in Terris libenter promovemus, sicut Dei honori, & laudi, populo-rum pietatis convenientem conspicimus.

S. 1. Gloriosa itaque Beati Aloysii Gonzaga Societatis Iesu, virginitate in primis, ac vita innocentia, & Principatus contemptu clarissimi merita devota consideratione, ingentique animi nostri gaudio recolentes, ac Juvenes, qui dilectorum filiorum Clericorum Regularium ipsius Societatis Iesu Scholas frequentant, quique sicut accepimus, eumdem Beatum Aloysium uti peculiarem Patronum jam a seculo, & ultra sua sponte, privataque auctoritate colere coeperunt, ad ejus vestigia, & virtutum, quibus mirifice eniuit, exempla sectanda, & opem crebris illius intercessione ab Omnipotenti Deo patratis miraculis testatam in eorum necessitatibus, & amarum periculis ferventius expoecit excita-re cupientes; Omnibus, & singulis Universitatibus, Gymnasiis, vel Collegiis generalium publicorum, vel studiorum, tam erectorum, quam erigendis, que a Clericis Regularibus praedicta Societas Iesu de praesenti reguntur, aut in posterum regentur, ubicunque terrarum existentibus, ac Scholaribus ibidem literarum studii operam nunc, & pro tempore navantibus, ut de cetero perpetuis futuris temporibus memoratum Beatum Aloysium, tanquam suorum liberalium Itudiorum, atque innocentiae, & castitatis, in lumen presertim juvenili etate diligentius custodienda specialem patronum sibi diligere, habere, colere, & venerari, illiusque festum quotannis die 21. Mensis Junii celebrare; necnon iis ex predictis scholaribus, qui ad horas Canonicas tenentur, eadem die in honorem dicti Beati Aloysii officium recitare de communi Confessoris non Pontificis sub ritu duplice minore, & si qui pariter ex illis in Sacro Presbyteratus ordine constituti fuerint, Missam etiam sub eodem ritu, & de communi itidem Confessoris non Pontificis in Universitatibus tamen, Gymnasiis, seu Collegiorum ejusmodi Ecclesiis dumtaxat, die praedicta celebrare juxta rubricas Breviarii, ac Missalis Romanis libere, & licite possint, & valeant, auctoritate Apostolica, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

S. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 3. Volumus autem, ut praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impre-

sis, manu alicuius Superioris, seu Secretarii dictæ Societatis subscriptis, & sigillo alicuius Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Praepositi, aut Vicarii Generalis ejusdem Societatis pro tempore existentis munitis, eadem prorsus fides in Julicio, & extra illud ubique locorum habeatur, qua ipsi presentibus haberetur, si forent exhibite, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XXI. Junii MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Confirmatur concessio Privilegiorum Congregationis Theatinorum Congregationi Clericorum Regularium Minorum a Gregorio XI. facta.

Lauda Gregorii Constitutio edita fuit 1591. Feb. 18. P. 1. & confirmata a Clem. VIII. Conf. ed. 1692. Jul. 1. P. 1.

## BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

S Acrosanctum Apostolatus Officium, quod humilitatem nostram nullo licet meritorum suffragio gerere voluit Altissimus, jugiter postulat, ut paternam Sacraram Religionem, & Congregationum in militanti Ecclesia suaves & uberes fructus assidue praestantium curam exercentes, privilegia, gratias, & Indulta illis a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris concessa; quo solidiori robore perennent, cum id a Nobis petitur, libenter constabilius.

S. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Didacus Zua Praepositus Generalis Congregationis Clericorum Regularium Minorum, quod alias postquam felic. record. Sixtus Papa V. Praedecessor Noster eamdem Congregationem per quadam suas literas desuper in simili forma Brevis die prima Julii 1588. expedita approbaverat, ac privilegiis decoraverat, subinde vero Gregorius XIV. Praedecessor pariter Noster omnia, & singula privilegia, prærogativas, concessiones, facultates, exemptions, immunitates, indulta, Indulgentias, & peccatorum remissiones, ceteraque gratias spirituales, & temporales, ac tam conjunctim, quam divisi, etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut alias quomodolibet Congregationi Presbyterorum Theatinorum nuncupat, illiusque Generali, aliisque Superioribus, Officialibus, Ministris, & personis, eorumque Domibus Regularibus quibuscumque concessa, ac quibus dicta Congregatio Theatinorum ejusque Domus Regulares, necnon Generalis, Superiores, Officialles, Ministri, & alia quacumque illius persona de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut concessione Apostolica, vel alias quomodolibet per viam communicationis, & extensionis utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possint, & poterunt quomodolibet in futurum, eidem Congregationi Clericorum Regularium Minorum, illiusque Domibus Regularibus, necnon Praeposito Generali, aliisque Superioribus, Officialibus, & Ministris, ac alia quibuscumque illius personis tunc, & pro tempore existentibus Apostolica auctoritate perpetuo concessis, illaque omnia, & singula ad dictam Congregationem Clericorum Regularium Minorum, illiusque Domos Regulares, necnon Praepositorum Generalem, Superiores, Officialles, Ministros, & personas praeditas, ita ut eadem Congregatio Clericorum Regularium Minorum, ejusque Regulares Domos, illorumque Generalis, Superiores, Officialles, Ministri, & personæ tunc, & pro tempore existentes præmissis omnibus, & singulis æque, &

pari-

A Greg.  
XIV. Privile-  
gia omnia  
Congrega-  
Theatin-  
rum dicta  
Congreg-  
Clericorum  
Regularium  
Minor. con-  
cessa.

Dat. 23. Junii  
1725. Ann. 2.

Proceditum.